

Wf
1725

III, 16.

2. 16.

III, 16.



DE
SVMMIS. SERENISSIMAE. GENTIS. ERNESTINAE
IN. REM. ALTENBVRGENSIVM. SCHOLASTICAM
MERITIS
PROGRAMMA. XVI

QVO
SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI
DOMINI
FRIDERICI. III
DVCIS. SAXONIAE

IVLIACI. CLIVIAE. MONTIVM. ANGRIAE. QVOQVE. ET. WESTPHALIAE
LANDGRAVII. THVRINGIAE. MARCHIONIS. MISNIAE. PRINCIPIS. COMITIS. HENNEBERGAE
COMITIS. MARCAE. ET. RAVENSBERGAE. DYNASTAE. RAVENSTEINI
ET. TONNAE

PRINCIPIS. AC. DOMINI. NOSTRI
LONGE. CLEMENTISSIMI
PATRIS. PATRIAE. OPTIMI
SOLLEMNIA. NATALITIA

D. VII. KAL. MAII. MDCCCXX
FAVSTISSIMO. OMINE. REVERSA
CRAS

AVDITA. POST. MERIDIEM. HORA. V
IN. ILLVSTRI. FRIDERICIANO. GYMNASIO.
DEVOTISSIME. CELEBRANDA

INDICVNTVR
ET
PERILLVSTRES. EXCELLENTISSIMI. GENEROSISSIMI. ILLVSTRES
MAGNIFICI. MAXIME. VENERABILES. AMPLISSIMI
AVLAE. ATQVE. VRBIS. HVIVS. PROCERES

MAECENATES
CVRATORES. GYMNASII. GRAVISSIMI
RELIQVI. REI. SCHOLASTICAE. FAVTORES. O. O
OBSERVANTISSIME. COLENDI

VT
QVATVOR. PROBITATIS. MODESTIAE. LIBERALISQVE. DOCTRINAE
AMANTISSIMOS. SELECTAE. ET. PRIMAE. CLASSIS. DISCIPVLOS
PIETATIS. ET. LAETITIAE. GYMNASII

INTERPRETES. LECTISSIMOS
PVBLICE. DICTVROS. ET. VOTA. NVNCVPATVROS
VSITATA. IPSIS. GRATIA. AC. BENEVOLENTIA. AVDIANT
DEMISSE. ROGANTVR. DECENTERQVE. INVITANTVR

A
M. IOANNE. GOTTFRIDO. MOERLINO
ILL. GYMNASII. FRIDERICIANI. DIRECTORE
LATINAE. IENENSIVM. SOCIETATIS. COLLEGA. HONORARIO

ALTENBVRGI. EX. OFFICINA. RICHTERIA



Quod bonum, sanctum felixque sit! conueniamus DEO que grata
 mente supplicemus. Annū vitæ omnibus exoptatissimæ SE
 RENISSIMVS. FRIDERICVS. III
 DVX. SAXONIAE. IVLIACI. CLIVIAE. MON
 TIVM. ANGRIAE. QVOQVE. ET. WESTPHALIAE. LANDGRAVIVS. THVRIN
 GIAE. MARCHIO. MISNIAE. PRINCEPS. COMES. HENNEBERGAE. COMES
 MARCAE. ET. RAVENSBURGAE. DYNASTES. RAVENSTEINIL. ET. TONNAE
 PATER. PATRIAE. OPTIMVS. MVNIFICENTIS
 SIMVSQVE septuagesimum primum d. VII. Kal. Maii ingressus est feliciter,
 nec sine summa SVA. IPSIVS voluptate. Quod enim vnum ad complementum.
 omnibus numeris absolutæ felicitatis desse, seni iam, videbatur, in sera sæcula perenni
 naturæ posteritatis solatium, hic ipse, quem superauit, annus attulit (septuagesimus
 ætatis. Vota publice suscepta, exsoluta sunt, additæ etiam supplicationes pro focund
 ditate, ex quo SERENISSIMVS. PRINCEPS. IVENTVTIS. IDEMQVE
 et virtutum et regionum paternarum ex assè HERES. FILIVS. ERNESTVS
 LVDOVICVS ex SERENISSIMA. CONIVGE. MARIA. CHAR
 LOTTA. AMALIA. ERNESTINA. WILHELMINA. HEN
 RIETTA. PHILIPPINA. PATER. FILII. ERNESTO boni omnis
 nomen dictum, factus FRIDERICVSQVE. TERTIVS. SVAVISSIMI
 NEPOTIS AVVS. CVI vel ideo longæuitatem omnes pie precamur, vt quam diu
 tissime posteritati SVAE. interfit atque ex EIVS incrementis et felicitate capiat senectu
 tis oblectamenta. Seruet DEVS. O. M. AVVM. SERENISSIMVM. PAREN
 TESQVE. SERENISSIMOS auspiciatissimo fidere nati ERNESTI. IV
 NIORIS, rectissimi exempli PRINCIPES omniaque ad votum IPSIS iubet eue
 nire, vt longo temporum tractu ab ætate nostra remoti posteri, ex sua, quam ipsi perci
 pient felicitate, colligere possint, quanta nostra fuerit, quibus tam bonis Principibus vi
 uis adhuc frui contingit.

Inprimis etiam nobis Fridericiani Gymnasii præceptoribus annus hic saluber et
 fructuosus fuit, quo SERENISSIMI FRIDERICI. III in tantum enituit, in
 quantum principalis liberalitas potest adfurgere. Liceat mihi factum, quod in hoc de
 SVMMIS. SERENISSIMAE. GENTIS. ERNESTINAE. IN. REM. AL
 TENBURGENSIVM. SCHOLASTICAM. MERITIS commentariolum
 et principem meretur laudem, publice demissèque prædicare, et materiam, serie temporum
 et successu ad futuros spectantem annos, faxit DEVS vt illis etiam PATER
 PATRIAE. OPTIMVS sit superstes, præcipere. Cum in hac rei pecuniariæ ino
 pia,

pia, Curatores, Gymnasia Grauissimi cognita salariorum nostrorum exiguitate, necessitates nostras ad Sacrum Consistorium Ecclesiasticum detulissent, Praesides Excellentissimos et reliqui Consistoriani Comites summe venerabiles eam rem SERENISSIMO DVCI indicassent commendassentque, PRINCEPS. CLEMENTISSIMUS pro singulari SVA gratia et humanitate, misericordia commotus, communicata re cum lris, qui ab interioribus sunt consiliis, Hisque suadentibus, Eminentissimis Aerarii Ordinumque Provincialium Directoribus, delectisque ad comitia Viris Perillustribus, Excellentissimis, Generosissimis, maximeque Spectabilibus autor fuit, vt indigentiae docentium consulere, Quorum insigni ad posteritatis memoriam beneuolentia, ducentes iisque annuis florensis Misericordis in singulos distribuendis merces praeceptorum aucta est. Neque intra hos fines PATRIS. PATRIAE. OPTIMI munificentia subsistit, sed a SE etiam pari modo diuidendos centenos annuos Florenos adiecit eosque e Sacratissimo, quod Altenburgi habet, Aerario soluendos. O immortale beneficium summisque laudibus ad coelum extollendum, pro quo, cum hominibus gratiam referre non sit datum, DEVS implorandus est, vt cumulatissime referre velit.

Nunc ea, quae exorsus sum, pertexam, reliquos, qui DIVO. FRIDERICO GVILIELMO. POSTVMO. PRINCIPE in schola docentium munericibus sunt functi additurus. CRAVSERO Reçtori Apoldam anno 1615. CLX digresso ad capessendam Superintendentis dignitatem, successit statim M. CHRISTIANVS. FVNCIVS, post sexennium, sub finem Nouembris mensis, quod ex *Vialibus eius Altenburgensibus* adparet, Gorlicium transgressus, quem sequutus est M. PETRVS HAERTELIVS postea Pastor et Adiunctus Schmoellensis ecclesiae factus, quorum amborum merita prolixius enarranda in aliam scribendi occasionem referantur. Subiungam his ceteros, qui eodem FRIDERICO. GVILIELMO. POSTVMO. PRINCIPE in schola vixerunt, IOANNEM NIEDLINGIVM. Collegam tertium, MI CHAELEM. SIGELIVM, phonticum s. Cantorem et CHRISTOPHORVM DOEBELIVM. Collegam quintum, de quibus Israel Clauderus (a)

NIEDLINGI, inuidiae minus experioris iniquae,

Longaeuum saturis sed te DEVS expleat annis

Et semper clemens salua tueatur Hygeia!

Candide, Cantores inter memorande peritos,

SIGELI, angelicis sero adnumerere ceteris!

DOEBELI, nunquam sis debilis, vniique verum

Ses firmus fortisque! ratum sit nominis omen.

Coronidem laudibus MERITORVM DIVI. FRIDERICI GVILIELMI. POSTVMI in rem nostram Altenburgensium scholasticam imposturus, legum scholasticarum instaurationem commemorabo, quas, placent beati Sagittarii (b) verba, *auctiores sanctior illa nostra Christianitatis Curia uti Consistorium Anglis audit, diuersis temporibus fecit et Venerabili Inspectorum Collegio tradidit, omnium notitiae exponendas.* Haec, de qua nunc sermo est mihi incidit in X. Kal. Iunii c. 1615. CLX, D. IOANNE THOMAE *Sacri Consistorii* PRAESIDE, in quem D. SEBASTIA

NO. BEERIO pie defuncto, sub finem anni millesimi sexcentessimi quinquagesimi noni absentem, legatione quippe fungentem, amplissima illa dignitas translata fuerat, SVPE RINTENDENTE. GENERALI ET. INSPECTORE. PRIMARIO. D. IOANNE CHRISTFRIEDO. SAGITTARIO. QVAESTORE, ita enim, qui nunc PRAEFECTI salutantur, tum vocabantur, GVILIELMVS. KLAVERTO. CONS. REG. THOMA. REINESIO et CHRISTOPHORO RICHTERO. EXCONS. et denique CHRISTIANO. FVNCICIO, scholae rectore.

Tandem SERENISSIMO. FRIDERICO. GVILIELMO. POSTVMO humanis crepto rebus, per ordinem successionis ad SERENISSIMVM FRIDERICO. GVILIELMVM. III Principatus Altenburgi descendit vnum ex tribus liberis superstitem, sed maioris spei, PRINCIPEM, quam gloriae cui comparandae praematura mors obstitit. Natus ille erat ex SERENISSIMA. MAGDALENA. SIBYLLA. IOANNIS. GEORGII. I. ELECTORIS. SAXONIAE. FILIA. CHRISTIANI. REGII. PRINCIPIS. IVENTVTIS. DANORVM. VIDVA, post cuius obitum DIVO FRIDERICO GVILIELMO. POSTVMO ea nuperat, sed cum adhuc annis minor esset FRIDERICVS. GVILIELMVS. III. Tutores habuit a SERENISSIMO. PATRE testamento constitutos POTENTISSIMVM ELECTOREM. SAXONIAE. IOANNEM. GEORGIVM. II. et huius Fratrem MAVRICIVM. POSTVLATVM. ADMINISTRATOREM. EPI SCOPATVS. NVMBVRGENSIS. Haud dubie tam illustribus maiorum exem-

plis

(a) ISR. CLAVDER laudatione in Altenburgum.

(b) M. PAVLVS. MARTINVS. SAGITTARIVS Dissert. de Scholis publicis Altenburgensium.

plis inuitus gloriam Eorum aequaturus fuisset; nisi variolis exstinctus esset, nondum totos XV annos habens. Illud mihi exploratum est, praecceptorem illi obtrigide doctrina, fide atque integritate incomparabilem CHRISTOPHORVM HENRI CVM LOEBERVVM tum quidem aulae Altenburgicae ac concionibus sacris (c) postea Ephorum Orlamundanum.

Luctu in quem praematura SERENISSIMI FRIDERICI GVILIELMI III mors patriam coniecerat, nullum efficacius adhiberi potuisset remedium, quam saluberrima SERENISSIMI PISSIMI QVE ERNESTI DVCIS SAXO GOTHANI successio, Cuius Posteritatem ad finem vsque rerum vniuersitatis DEVS conferuet. Habemus sane causas iustissimas grauissimasque cur cum omnibus terrarum gentibus de felicitate contendamus, habemus, inquam, cur hodieque nobis gratulemur exoptatissimum SERENISSIMI FRIDERICI III. PATRIS. PATRIAE OPTIMI *Natalem diem* festum agentes. Rata esse iubeat diuina prouidentia vota nostra, quae pietas nuncupare nos iubet, audiatque preces, quarum summa est SERENISSIMI CLEMENTISSIMI QVE FRIDERICI III DVCIS SAXO-GOTHANI ATQVE ALTENBURGICI SERENISSIMI ERNESTI LVDOVICI HEREDIS. FILII. EIVS QVE CONIVGIS SERENISSIMAE ET FILII SERENISSIMI ERNESTI IVNIORIS SERENISSIMORVM LIBERORVM VTRIVS QVE. SEXVS. TOTIVS DOMVS. SERENISSIMAE vita, salus eiusque perpetuitas.

Interpres testesque pietatis in DEVM ET PRINCIPEM. Fridericiani nostri CRAS audita post meridiem HORA. V publice prodituri sunt *quatuor optimae spei adolescentes lectissimi*, selecti et primi ordinis discipuli CAROLVS. CHRISTOPHORVS FOERSTER *Altenb.* IOANNES. ERNESTVS. KLOEZNER *Altenb.* GVILIELMVS. LVDOVICVS. HOFFMANNVS *Altenb.* IOANNES. FRIDERICVS. AVGVSTVS. LADEMANNVS *Altenb.* prodituri autem sunt hoc ordine:

GVILIELMVS. LVDOVICVS. HOFFMANNVS probitatis, industriae modestiae virtutumque omnium laude florentissimus SERENISSIMO. FRIDERICO. III. PATRI. PATRIAE. OPTIMO. *de Natali auspiciatissimo demississime gratulabitur Oratione Gallica.*

CAROLVS. CHRISTOPHORVS. FOERSTER. ingenii bonitate insignis adolescentens EIDEM SERENISSIMO. FRIDERICO. III. PATRI PATRIAE INDVLGENTISSIMO. PARENTIBVS QVE ERNESTI IVNIORIS. SERENISSIMIS. ILLI de Nepote. HIS de FILIO *summae spei destinato hoc anno felicissime nato subiectissime gratulabitur Oratione Teutonica.*

IOANNES. ERNESTVS. KLOEZNER. in quo omnes bonae mentis laude dignae adolescentiae virtutes copulatae sunt, *Liberalitatem munificentiamque PRINCIPVM in liberales artes earumque professores* praedicabit *Oratione Latina.*

IOANNES. FRIDERICVS. AVGVSTVS. LADEMANNVS. omni laude ob virtutes eximias omniumque amore dignus *Patrem Patriae animo et cura talem* canet *Carmine Teutonico.*

Hos, ut visitata VOBIS gratia et benevolentia auditum veniat, PERILLVSTRES EXCELLENTISSIMI GENEROSISSIMI ILLVSTRES AMPLISSIMI AVLAE ATQVE VRBIS PROCERES. MAECENATES. MAXIMI CVRATORES. GYMNASII. GRAVISSIMI RELIQVI. REI NOSTRAE SCHOLASTICAE. FAVTORES. O. O. HONORATISSIMI, demisse obseruanterque oro.

(c) CHRISTOPHORVS. HENRICVS. LOEBER in Hist. Eccles. quae Ephoriam Orlamundanam describit p. 145 et 200.



Handwritten text: *Hand*
MF 1725. 40

Handwritten text: *1078*

ULB Halle 3
006 753 418



Handwritten text: *10. 1.*





DE
 SVMMIS. SERENISSIMAE. GENTIS. ERNESTINAE
 IN. REM. ALTENBURGENSIVM. SCHOLASTICAM
 MERITIS
 PROGRAMMA. XVI

QVO
 SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI
 DOMINI
FRIDERICI. III
 DVCIS. SAXONIAE

IVLIACI CLIVIAE. MONTIVM. ANGRIAE. QVOQVE. ET. WESTPHALIAE
 LANDGRAVII. THVRINGIAE. MARCHIONIS. MISNIAE. PRINCIPIS. COMITIS. HENNEBERGAE
 HENNEBERGAE. DYNASTAE. RAVENSTEINII

ET. TONNAE
 C. DOMINI. NOSTRI
 CLEMENTISSIMI
 TRIAE. OPTIMI
A. NATALITIA

AL. MAIL. c/1/1/1/CCLXX
 D. OMINE. REVERSA
 CRAS

T. MERIDIEM. HORA. V
 DERICIANO. GYMNASIO
 SSIME. CELEBRANDA

INDICVNTVR
 ET

TISSIMI. GENEROSISSIMI. ILLVSTRES
 ME. VENERABILES. AMPLISSIMI
 RBIS. HVIVS. PROCERES


CENATES
 MNASII. GRAVISSIMI
 OLASTICAE. FAVTORES. O. O

NTISSIME. COLENDI
 VT
 MODESTIAE. LIBERALISQVE. DOCTRINAE

E. ET. PRIMAE. CLASSIS. DISCIPVLOS
 E. LAETITIAE. GYMNASII
 PRETES. LECTISSIMOS

ET. VOTA. NVNCVPATVROS
 A. AC. BENEVOLENTIA. AVDIANT
 R. DECENTERQVE. INVITANTVR

A
TTFRIDO. MOERLINO
 ILL. GYMNASII. FRIDERICIANI. DIRECTORE
 LATINAE. IENENSIVM. SOCIETATIS. COLLEGA. HONORARIO



ALTENBURGI. EX. OFFICINA. RICHTERIA

